



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 5. Ludovicus Rex Provinciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Parochi sic ruralibus & ceteris negotiis temporalibus inserviant, quatenus Divinum Officium non negligant. Pueros in schola sua solícite erudiant, puellas vero docendas neutiquam suscipiant. Pro sepeliendis mortuis xenia non petant; si quid autem libere offeratur, id liceat accipere. In Calendis uniuscujusque mensis Parochi per singulas Decanias conveniant, non ut convivia adornent, sed ut de rebus ad ministerium suum pertinentibus, & de iis, quæ in parochiis suis accidunt, consultant.

Sæculum IX.
A.C. 890.

n. 16.

n. 19.

n. 20.

§. V.

Ludovicus Rex Provinciæ.

Anno sequente octingentesimo nonagesimo, Indictione octava Bernoinus Archiepiscopus Viennensis, Romam profectus, Pontifici exposuit, quanta calamitate Regnum premeretur, ex quo Carolus Imperator obiisset. Nimirum Incolæ sine Domino erant, qui Regionem in potestate haberet, ipsosque hinc a Normannorum latrociniis, inde a Saracenum furore liberaret. Cum hæc percipere-

to. 9. Conc.
p. 424.

Verum Domini Corpus procul dubio in veritate conficitur. Riculfus Episcopus Sueffionensis in Sæculo IX. Realis præsentia Corporis Christi in Evcharistia contra Protestantes testis est luculentus.

Sæculum IX.
A. C. 890. ciperet Stephanus Papa erumpentes lacrymas cohibere non potuit, datisque ad Episcopos Galliaë Cisalpinæ literis suavit, ut Ludovicum, Bosonis filium, Regem eligerent. Ergo cuncti Valentiaë congregati, scilicet Aurelianus Archiepiscopus Lugdunensis, Rostangius Arelatensis, Arnaldus Embrodunensis, & Bernoinus Viennensis cum pluribus aliis Episcopis, consilium Papæ amplecti statuunt, unanimi consensu Regem eligunt, & unguunt Ludovicum filium Bosonis & Hermingardis, ex Imperatore Ludovico II. genitaë, puerum decennem. Sed confidebant fore, ut Matris suæ Hermingardis, & Patruï Richardi Ducis Burgundiaë, Bosonis fratris consiliis adjutus, rem patriæ restitueret.

Hæc Regni Arelatensis seu Provinciaë principia fuere.

§. VI.

Mandata Pontificis ad Archiepiscopum Remensem directæ.

Ecclesia Lingonensis ab annis jam decem turbis jactabatur. Isaaco Episcopo defuncto, aliqui Teutboldum ejusdem Ecclesiaë Diaconum, alii vero elegerunt Egilonem, seu Geilonem, Monasterii Nigri Abbatem, qui ex illa Insula a Normannis pulsus tandem cum sua Congrega-